Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0001-0

# Catalogus dissertt.

1. Jo. Aug. Ernesti
   1. de fide historica.
   2. de difficultatibus Novi T. recte interpretandi.
   3. de templo Herodis M.
   4. de vanitate philosophantium etc
   5. de vestigiis linguae hebraicae in lingua graeca.
   6. de theologiae historicae & dogmaticae coniungendae necessitate.
   7. de libertate iudicandi in caussa religionis.
   8. de doni linguarum natura ad illustr. 1 Cor. XIV.
   9. de ἀνακεφαλαιώσει coelestium et terrestrium ad Eph. 1. 10.
2. D. J. S. Semler
   10. de liberali doctoris S. S. provincia
3. M. J. F. Gruner
   11. Jesus Christus imago dei invisibilis, ad 2 Cor. IV. 4. Coloss. 1. 15. Hebr. 1. 3.
   12. Spiritus S. apostolorum Jesu X. magister arguens mundum, ad Joh. XVI. 8 – 11.
   13. Jesus Christus, quam in sententiam sit, & dici legislator novus possit.
4. J. F. Stiebritz.
   14. de iis, qui primitias Spiritus acceperunt ad Rom. VIII. 23.
   15. Explicatio Capitis XI. Paul. ep. ad Rom.
5. Sigm. Jac. Baumgarten.
   16. de ἀναμαρτησίᾳ ab hominibus in hac vita non obtinenda.
   17. obss. ad illustrationem N. T. ex profanis
6. C. A. Doederlein
   18. de vero usu atque abusu rationis humanae in rebus divinis.
7. D. Gottf. Less.
   19. de doni linguarum indole
   20. de Filio hominis
   21. Sententia iudaeorum de Messia & futuro eius regno.
8. Franc. Volckmar Reinhard
   22. utrum ad iudicium de miraculis requiratur universae naturae accurata cognitio.
9. Ernst. F. Wernsdorf.
   23. de amen liturgico.
   24. Judicium de nonnullis dubitationibus contra rel. christ.
10. J. Beni. Koppe
   25. quis sit ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας et quis τὸ κατέχον 2 Thess. II. 3–13.
11. J. L. C. Loeber
   26. Vindiciae iustitiae divinae in morte Ananiae ad Act. V. 1–11.
12. F. Andr. Stroth.
   27. de vera lectione 1 Joh. V. 3.
13. D. C. C. Tittmann
   28. Jesus deus & servator in ev. Joannis demonstratus.
14. D. C. G. Robert.
   29. caussa belli Israelitici adversus Cananaeos gesti. Desunt multa
15. C. D. Beck.
   30. Specimen historiae bibliothecarum alexandrinarum.
16. C. L. Gerling
   31. doctrina de summa atque aeterna Jesu Christi divinitate.

Homann.

Nf. 129.
2.

Ca 1970

31

# RECTOR

## ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

# ERNESTVS FRIDERICVS WERNSDORFIVS

SS. THEOL. DOCTOR ET PROF. PVBL. ORDINAR

FACVLTATIS THEOL. SENIOR ET ELECTORAL

ALVMNORVM EPHORVS

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0004-7

# COMMODA DIEI NATALIS

Hei tibi, non ſub tenebris ſepulto,
Hei tibi, vecto ſuperas ad auras,
Plaude praeſentis tibi perfruenti
Munere vitae!

Anteponendum reliquis diebus,
Sume nunc cantu celebrare ſolem,
Qui ſua quondam tibi luce primus
Luxit in ortus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0005-3

Sanctior quouis alio ſit auctor
Temporis noſtri; dat enim negata
Lucis vſura ſine luce clauſis
Foetibus vti.

Torpor ignauus ſine vi iacentem
Sarcinam matris grauidae premebat,
Sic tumeſcebas oriunda crudo
Maſſa cruore.

Nonne iucundo moueare ſenſu,
Eſſe te nunc ex nihilo euocatum,
Eſſe nunc aptos tibi conſtitutos
Corporis artus?

Amplius gaude, quod iniuit artus
Artuum rectrix, anima, aura caeli.
Illa naſcenti, peritura nulla
Morte manebit.

Finge, natalem nituiſſe numquam,
Quot bonis, eheu! miſer indigeres?
Qui niſi exiſtis, quid habes? nihil, quam
Poſſe creari.

Non licet pulchros oculis tueri
Vertices caeli, roſeamque frontem
Solis et lunam niueam nigraeque
Sidera noctis.

Blanda neſcitur variabilisque
Forma naturae, quibus ornet hortos
Floribus vernos, quibus induatur
Frondibus arbor.

Non tuis fragrans odor admouetur
Naribus florum, neque mulcet aures
Sylua concentu, neque fontis vnda
Murmure grato.

Suauiter nec te recreat tepentis
Lenis attactus Zephyri, dapes te
Nutriunt nullae, parit vua nulla
Gaudia cordi.

Sic quidem nullos pateris dolores,
At cares idem quoque mille mille
Senſibus gratis, quibus aequa mens ſe
Paſcere poſſit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0007-4

Pone nunc, lucem ſubiiſſe partum,
An potes quosuis numerare fructus,
Vita quos adfert? Numerabit ante
Meſſis ariſtas.

Appetas, quidquid iuuet, ecce! lata
Lata naturae tibi regna ſponte
Seruiunt, offert bona mille tellus,
Pontus et aer.

Adde, de multis bene promerendi
Copiam factam tibi, quae poteſtas
Eſt apex vitae; modo ſaepe tanta
Vtere dote.

Nunc eris fidus pater orphanorum,
Nunc eris certus viduae patronus,
Nunc laboranti grauiore caſu
Dulce leuamen.

Si fames vrget maleſuada fratrem,
Diuidis panem, ſuperiniicisque
Pallium nudo, vacuoque numos
Porrigis vltro.

Haec manent vel poſt tua fata ſera.
Scisne, quod curſus tibi longiores
Hos per anfractus alias in oras
Inſtituuntur?

Naſceris, non ad breue tempus, vt flos
Sole floreſcit veniente, primo
Solis occaſu moriturus, aut ceu
Vocis imago.

Naſceris, quondam melior futurus,
Sicut erucae, poſita figura,
Pulchrius tandem redeunt in auras
Papiliones.

Spem ſatis longam ſine fine vitae
Mane iam primum ſinit inchoare.
Lucifer primus praeit, inſequentis
Nuncius aeui.

Embryo matris ſimul exit aluo,
Obuiam prodire deo videtur,
Qui viatorem iubet aeuiterna
Tecta ſubire.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0009-9

Tale natali proprio Redemtor
Obtulit lucrum Tibi, CIVIS. Ergo
Gratus in templo pia, more priſco,
Munera confer.

P. P

SACRO NATI CHRISTI

A. ∞IↃCCLXXIIX

*VITEBERGAE*
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

Na 32.
8

vd 18

ULB Halle 3
005 367 468

N. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0012-1

# RECTOR

ACADEMIAE VITEMBE

# ERNESTVS FRID

# WERNSDORF

SS. THEOL. DOCTOR ET PROF. P

FACVLTATIS THEOL. SENIOR ET

ALVMNORVM EPHOR

*CIVIBVS ACADE*

S. P. D

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-676792-p0013-7